

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

. . .

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1843

LXXXIII. Papst Alexander IV. bestätigt dem Stifte Halberstadt die
Veräußerung der Grafschaft Seehausen und der zubehörigen Schlösser,
am 18. Januar 1258.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

censura peccati pertinere dinoscitur, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dicti nobiles mandatum nostrum neglexerint adimplere, vos eos ad id, per excommunicationis in personas et in terris ipsorum interdicti sententias, per vos vel per alios, appellatione remota, cognita veritate, cogatis, non obstantibus, si eistem Marchionibus, quod excommunicari aut corum terre supponi ecclesiastico interdicto, seu si ipsi extra vel ultra certa loca in causam trahi non possint, a sede Apostolica est indultum, et constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, nec non et aliquibus literis, veritati et institute preindicantibus, a sede impetratis eadem, invocato ad hoc, si opus suerit, auxilio brachii secularis. Quod si non omnes his exsequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exsequentur. Datum Viterbii, XVIII. kal. Febr., Pontificatus nostri anno IV.

Nach Olearii Magdeburgschem Copialbuche Mipt. Vol. II, p. 159. — Ungenau abgebruckt in Watther's Singular. Magd. III, 51 und bei Bopseu, hist. Magazin III, 17.

Recleften productin fractanting, in citilisa Prod

LXXXIII. Papft Allerander IV. bestätigt bem Stifte Salberstadt die Beräußerung ber Grafschaft Seehausen und der zubehörigen Schlösser, am 18. Januar 1258.

nd son et promieratem james Englishe

Alexander episcopus, Seruus Seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo et dilectis filiis Capitulo Halberstadensi falutem et Apostolicam benedictionem. Cum ecclesiarum dampnis nequeamus passim occurrere precavendo, quin bona earum aliquando minus licite distrahantur, expedit ut dannificatis congruo remedio succurramus. Lecta fiquidem nobis vestra petitio continebat, quod licet felicis recordationis Innocentius Papa, Predecessor noster et nos, post latam in Ludolphum, qui tunc pro Ecclesie Halberstadensis Epifeopo se gerebat, depositionis sententiam, omnes alienationes, inseudationes, locationes et contractus quoslibet, per eundem Ludolphum de Castris, villis, possessionibus et aliis bonis ad ecclefiam ipfam spectantibus, in eiusdem Ecclefie preiudicium initos siue habitos, decernentes irritos et inanes, ea omnia duxerimus ad jus et proprietatem ipfius Ecclefie revocanda, nihilominus tamen idem Ludolphus Comitatum, qui Sehufen dicitur, et tria caftra ad ecclesiam prefatam spectantia, nobilibus viris Johanni et Ottoni, Marchionibus Brandeburgenfibus, receptis ab ipsis Tribus milibus marcarum et quadringentis marcis argenti, uestro, filii Capitulum (fic), non accedente consensu, de facto, cum de iure nequiuerit, concessit in feudum, marcas ipsas in usus proprios convertendo. Propter quod dicta ecclefia maxima et intolerabilia fubiit onera debitorum, que nifi fuccurfum ei celeri remedio extitisset, incurrisset irrecuperabile detrimentum. Verum quia iidem nobiles, detinentes Comitatum et castra eadem occupata, ea restituere ipsi ecclesie denegabant, quamquam ipsi super hoc auctoritate apoltolica moniti fuerint diligenter, nos attendentes, non posse per uos Comitatum et Castra iam dicta de ipsorum marchionum eripi manibus propter potentiam eorundem, quodque id uergebat in enormem lesionem ecclesse memorate, Comitatum et Castra ipsa in Magdeburgensem ecclesiam, prestitis iuramentis et cautionibus hinc inde nihilo-. minus exhibitis necessariis, transtulistis, receptis a venerabili fratre nostro Archiepiscopo et

ecclesia Magdeburgensi, ipsius ecclesie vestre nomine, Duobus aliis Castris et centum marcarum redditibus, nec non et Quatuor milibus marcarum et quingentis marcis argenti, quas in solutionem debitorum ecclesie vestre, que absorbebatur usurarum uoragine, conuertistis; Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quieti uestre prouidere ac indempnitati eiusdem Halberstadensis ecclesie precauere, quantum possumus, paterna solicitudine cupientes, quod super hoc a uobis provide factum est, ratum et gratum habemus ac auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communinus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei temerario ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Viterbii, XV. kal. Febr., Pontificatus nostri anno Quarto.

Nach bem Concepte des Baticanischen Archives und dem Driginale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. — Ungenauer Abdruck in Bopfen's hift, Magazin III, 13, 14.

LXXXIV. Der Markgraf Johann von Brandenburg vergleicht den Herzog Albrecht von Sachsen und den Herzog Albrecht von Braunschweig wegen des Schlosses Hibacker, am 29. Februar 1258.

— Testes Comes Adolphus de Dannenberch, Conradus de Boldersel, Heinr. de Honborch, Geuehardus de Bortuelde, Heinricus de Weneden, Burchardus de Zweryn (oder de Zweyen), Gerardus de Kerkowe, Geuehardus de Aluensseue, Johannes de Cracowe, Georgius et Thidericus fratres de Hidfacker, Jericus de Berscampe, Fridericus Barvot, Winandus, Anno Dapiser, Ericus de Gardelegia. Actum et Datum in villa Bredeuelt, anno M. CC. LVIII., pridie kal. Marcii.

Fragment einer von Boblbrud ertrabirten Urfunde. Das Driginat, beffen Juhalt die Mart Brandenburg nicht aus geht, befindet fich im Geh. Staats-Archive ju Sannover.

LXXXV. Erzbischof Ruprecht von Magbeburg beglaubigt bei ben Dechanten zu Merseburg und Ersurth als verordneten Erecutoren, seine Bewollmächtigte in dem Streite mit den Markgrafen von Brandenburg wegen der Grafschaft Sechausen, am 28. November 1258.

Honorabilibuf virif Merfeburgenfif et Erfordenfif Ecclefiarum decanif, maguntinenfif dyocefif, executoribuf a fede apostolica deputatif, R. dei gratia fancte Magdeburgenfif Ecclefie Archiepiscopus, paratam ad beneplacita voluntatem. Prepositum Albertum, dictum de Suarteborch, Ecclesie nostre Custodem, et A. de Arnestein, Archidiaconum nostrum, canonicos Magdeburgenses, procuratores in solidum a nobis contra Nobiles viros Joannem et Ottonem, Marchiones Brandenburgenses, super iniuria,